Ea omnia, quæ nobis obiiciuntur, aut in posterum obiici possent, uel tentari: siue personam siue Imperium, regnaque et dominia concernant: simul et ea omnia, quæ nos ex aduerso, pro nostra iustificatione et innocentia, ad christianæ reipublicæ quietem prætendimus, et prætendere possumus: ad sacri generalis concilii totius christianitatis cognitionem et iudicium remittenda censemus: illique nos, et omnia, quæ cum Sanctitate Vestra habere possumus, aut deinceps habituri sumus, omnino subiicimus: supplicantes propterea eidem Vestræ Sanctitati, illamque in domino hortantes: quatenus pro suo Pastorali officio, proque cura et sollicitudine gregis sibi commissi, dignetur ipsum sacrum generale concilium indicere, et conuocare in loco tuto, et congruo, cum debita termini præfixiona. Nos enim cum ex his, et aliis satis notoriis causis turbari uideremus uniuersum ecclesiæ et Christianæ religionis statum: ut nobis, ac ipsius Reipub. saluti consulatur: pro his omnibus ad ipsum sacrum uniuersale concilium per præsentes recurrimus, ac a futuris quibuscunque grauaminibus, eorumue comminationibus prouocamus, appellamus, et supplicamus, a V. S. ad dictum sacrum concilium, cuius etiam officium per uiam querelæ, his de causis implorandum censemus: petentes cum ea qua decet instantia apostolos et literas dimissorias, semel, bis, ter, et pluries nobis concedi: et de harum præsentatione testimoniales literas fieri, ac expediri in ea, qua decet forma quibus suis loco et tempore uti ualeamus. Et cum ad hæc solenniter peragenda, eiusdem S. V. præsentiam nunc habere nequeamus: ut inde futuris forsan grauaminibus occurramus: has nostras eius nuncio Apostolico penes nos agenti, et legationis munere nomine V. Sanct. fungenti, per actum publicum coram notario et testibus exhibendas, intimandasque censuimus. Dat. in Ciuitate nostra Granatæ, die xvii. mensis Septembris. Anno M.D.XXVI. Regnorum nostrorum Romani VIII. Aliorum uero omnium undecimo.

Carolus diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, semper Augustus, Rex. Germ. Hispaniarum, &c.

EPISTOLA AD SENATUM, SIVE COLLEGIUM CARDINALIUM:

IN QUA PETITUR: UT NEGANTE, SEU DIFFERENTE PONTIFICE GENERALIS CONCILII INDICTIONEM, IPSI INDICANT.

Carolus, divina favente clementia, etc. Reverendissimis in Christo patribus dominis. N. S. Rom. Ecclesiæ Cardinalibus, amicis nostris charissimis salutem cum incremento omnis boni.

Reuerendissimi in Christo Patres, amici charissimi: tanto profecto animi dolore mens nostra discruciatur, dum ea quæ Romanum Pontificem suæ Pontificiæ dignitatis oblitum, non contra nos tantum (id enim æquiori animo pateremur) uerum in maximum christiani nominis dedecus, contraque totius reipubl. (quam induxeramus) pacem et tranquillitatem moliri audimus: ut tametsi animo certe perturbato, moderatis tamen uerbis, mentem nostram uobis aperire, actionum nostrarum (quanta pro rei magnitudine licebit breuitate) rationem reddere, et a reuerendissimis paternitatibus uestris nostro, ac totius Christi populi nomine auxilium implorare cogamur. Cum enim in ipso Imperii nostri initio a Deo Opt. Max. in tanti principatus culmine constitutos arbitraremur, non ut Imperii limites cum Christiani sanguinis iactura extendere, propagareue studeremus, sed quo Imperialis dignitas auctoritate et potentia decorata, et observaretur a multis, et comtemneretur a paucis, indeque christiana resp. bellorum iniuriis in extremum fere discrimen adducta, sempiterna tandem Cæsareæ dignitatis beneficio pace frueretur. Hoc itaque animo relicta Hispania, ad Germaniam uenimus: ortas ibidem seditiones inter quosdam principes diuino fauore sedamus, nihilque omittimus, quod (iudicio nostro) ab optimo Cæsare sperari poterat. Verum dum nos christianam tranquilitatem stabilire curamus, ecce Gallorum rex, quem uti patrem colebamus, nostræ dignitati subinuidens, in statum ac honorem nostrum nihil non moliri conatur, nosque tandem ad arma prouocat inuitos. Fatetur hoc summus Pontifex Leo, fatetur Serenissimus Angliæ rex, quos pro pace a Gallo obtinenda sæpius sollicitari fecimus, quique suis uiribus iustæ nostræ causæ adesse non negarunt. Fatetur et hoc diuina iustitia, quæ ita nobis adfuit, ut post tot partas uictorias, omni humano tandem auxilio destituti uictis hostibus, eorumque rege capto, uictores euaserimus. Hinc data opportunitate, qua nostro de repu. bene merendi studio satisfacere liceret, ab ipsis hostibus uictis pacem primi flagitamus, tantumque petimus, ut quæ a prædecessorum nostrorum manibus eripuerant, et contra ius, fasque occupabant, nobis restituerentur. Aequissima postulata nostra impetramus, pacem inimus, fœdus percutimus, et nihil in eo cautum uolumus, nisi quæ ad Dei gloriam communem reip. pacem, christianæ religionis decorem, et augmentum, et sanctæ sedis Apostolicæ ueram dignitatem pertinere arbitramur. Percusso fœdere, Gallorum regem captiuum nostrum conuenimus, omnibus beneficiis, omni humanitate atque beneuolentia eius animum pro christiana tranquillitate nobis deuincere curamus, et mutuo data, acceptaque fide, amicitiam firmamus, ac maximo cum honore affectum, in Galliam, datis obsidibus, redire permittimus. Ad Pontificem, cæterosque christianos reges scribimus, ut si christianam remp. pacatam optarent, eorum patentes literas ad nostrum utrumque mitterent: quibus an huiusmodi fœderis beneficio uti uellent, prout connentum fuerat, declararent. Nondum tamen sempiternam in Christi populo pacem firmasse gloriari cœperamus, cum nouos bellorum tumultus pullulare grauissima animi nostri molestia sentimus. At ubi a Pontifice de nobis (ut aiebant) non bene contento id emanare audimus, Don Hugonem de Moncada oratorem nostrum mittimus cum facultate, amplissimisque mandatis, ut omnibus mediis quibus id fieri posset, Pontificem de nobis contentum reddere curaret: ita ut homine audito, nostro animo perfecto, nil aliud a nobis optasse suis ipsemet uerbis fateretur. Dumque nil tanto Pastore indignum nobis pollicentes, eius optimum responsum præstolamur, Pontificis nuncius literas Sanctitatis suæ in forma breuis proxime elapsi mensis Iunii, die xxiii. scriptas, uicessima Augusti nobis legendas dedit: quibus perlectis, cum non tantum a summo ecclesiæ Pastore, a communi omnium patre, Christique uicario, sed etiam a reuerendis. paternitatibus uestris, sacroque uestro ordine, quibus Apostolorum auctoritas tribuitur, emanatas esse credamus (nec enim rem tanti momenti uobis inconsultis, factam putamus) quo simus animi dolore affecti, uos ipsi iudicate. Quis enim non miraretur, stuperetque, uidens a tanto Pontifice, a tot, tantisque, tanta religione, pietate, atque prudentia præditis Patribus tales literas in Christiani Principis, Romani Cæsaris, atque Apostolicæ sedis protectoris honorem et dignitatem tam inconsulte prodire? in quibus nihil præter bella, seditiones, proditiones, perniciosa consilia, temeraria iudicia, improperia, iniuriæ, falsæ criminationes, aliaque huiusmodi tam a Pontificia dignitate aliena tractantur: idque in nos optime de christiana republica meritos: et qui nullum unquam nec Cæsarem, nec regem, nec Principem, nec priuatum aliquem fuisse, fatebimur: qui maiori, nec tanta quidem fide, religione, atque obseruantia sanctam sedem Apostolicam ueneratus sit: qui, cæteris posthabitis, maiori studio eius ditionem, et dignitatem tutatus sit. Parmam enim et Placentiam a Romani Imperii feudo disiunctas, sedi Romanæ, nullo iure coacti, possidendas restituimus: importunasque Germaniæ, et uniuersi Romani Imperii preces contra grauamina et oppressiones, quas a sede Romana pati cum in Vuormaciensi conuentu essemus, passim conquerebantur, obturatis auribus pro innata nostra erga Apostolicam sedem obseruantia obaudiuimus. Subortæ sunt ea de causa uariæ rerum difficultates, et incommoda: pullulat indies magis Lutheranorum insania: grauamina ubique diuulgantur: omnes unanimes remedium implorant: petunt fieri generale concilium: in quo et Lutheranæ impietati, et Romanæ curiæ (ut aiunt) oppressionibus obuiam iri possit. In ciuitate Spirensi conciliabulum indicunt, ut in seditionibus ortis usque ad generalis concilii decisionem ordo aliquis statueretur. Vidimus Germanorum animos in sedem Ro. grauiter commotos: uerentesque ne huiusmodi conciliabulum Germaniam a Ro. Pontificis obedientia diuerteret, Spirensem congregationem grauissimis pœnis prohibemus, eis tamen pollicemur quanto citius fieri posset, generalis concilii indictionem fieri curaturos. De re hac ad Pontificem scribimus, ut Germaniam ab imminenti periculo per huiusmodi generalis concilii indictionem liberare dignaretur, instamus. Ipse uero de conciliabuli prohibitione gratiam habet: generalis tamen concilii petitionem in tempus (ut aiebat) magis conueniens differendam censuit: ita ut pro nostra erga sacrosanctam ipsam sedem obseruantia maluerimus Pontificis affectibus potius quam Germaniæ precibus annuere. Nunc uero Sanctitas sua uestro etiam (si id credendum est) accedente consilio, tot crimina in nos iactitat, ac si penitus Romanæ ecclesiæ aduersari hactenus fuissemus. Hinc enim de nostro erga publicam pacem animo (nullo profecto recto iudicio) dubitat, nosque a christianæ reipu. perturbatione deterret: quasi uero noster erga rempublicam animus clarior non sit, quam ut cuiuspiam admonitione egeat. Si enim de C. Cæsare iudicatum est, quod maluisset non dimicare quam uincere: eoque uictoria adepto, pacis auctores libenter audiuerit, cur de nostra uoluntate a communi omnium patre per contrarium discernitur? Ille pacis auctores audiuit, nos uero hostibus uictis pacem primi obtulimus: nec tantum hostem captiuum regiæ dignitati restituisse contenti, Lusitaniæ reginam sororem nostram natu maximam, et in successionis gradu secundam ipsi matrimonio copulauimus: quod profecto ante uictoriam minime a nobis impetrare potuisset. Quanto igitur nostra C. Cæsaris clementiam excedere deberet, uos ipsi iudicate. Ad hæc, etiam Pontifex consilia nostra ad suæ dignitatis, et ecclesiasticæ libertatis oppressionem tendere, uidetur asseuerare: cum ea quæ pro Romana sede præstita commemorauimus, adeo omnibus nota sint, ut inde nonnihil Germanorum animos a nobis alienauerimus. Perpendite igitur, Patres reuerendissimi, an in hoc Pontificis beatitudo suis, et Apostolicæ sedis rebus consulat: an sit Pontificiæ dignitatis christianorum principum animos aduersus ecclesiæ protectorem ad arma (ut ipsi aiunt) incitare: ac suis stipendiis tot corporibus, atque animabus æternum exitium parare. Causam audite, ut subditum nostrum magni sceleris accusatum nobis iure præuio punire non liceat, ob idque armis nobiscum certare contendit. Quod tametsi ei ex sententia succederet: quid quæso Christi uicario dignum facturus esset: nisi ut iustitiam, quam promouere tenebatur, impediat: Ecclesiæ thesaurum in alios certe usus conuertendum exhauriat: ac Romanam ecclesiam, et uniuersum populum christianum in extremum discrimen adducat? Hæc ergo atque huiusmodi alia ingenti cordis dolore perturbato animo pensantes, publicam christianam calamitatem nobiscum deplorare cœpimus: atque non nostro tantum honori, sed Christi gloriæ, eiusque electi populi saluti consulere ex animo cupientes, ad Pontificis literas rescribimus: iustificationem de his, quæ nobis falso obiiciuntur, damus petimusque ut generale concilium indicat, ac talia faciat, quæ ex incluso literarum nostrarum exemplo uobis uidere licebit. Quæ omnia Patres reuerendissimi, uos latere noluimus: ut si ex literis Pontificis, eiusue suasionibus, sinistram aliquam suspitionem animi nostri erga sacrosanctam fedem non bene dispositi concepistis, iustificationibus nostris, recto iudicio perspectis, pristinum uestrum erga nos animum induatis: ac omnem prorsus iniquam opinionem abiicientes, labanti christianitati subueniatis. Agite igitur, Patres reuerendissimi, et tanti mali causam cognoscite, Ro. Pontificem a tam impio auertite consilio, uestrisque monitis tantum apud eum efficite, ut meminerit se a Deo Opt. Max. non ad perniciem, sed ad salutem sui populi: non ad arma, sed patientiam, et humilitatem in Ro. Pontificatus solio constitutum: recordeturque nos eadem ratione in Ro. Principatus apicem euectos: unde peculiari quodam affectu christianæ reipu. rebus consulere præ cæteris tenemur, ni a principe nostro Christo degenerare uelimus. Si uero beatitudo Pontificis uotis nostris tam pro nostra iustificatione, quam pro christianæ religionis salute, in generalis concilii indictione, annuere negauerit, tunc iuxta iuris ordinem reuerendiss. potestates V. ac sacrum uestrum collegium hortamur, requirimus, atque monemus: ut quæ de indictione concilii a Pontifice petimus, eo negante, aut plus æquo differente: uos, debito ordine procedentes, præstare non differatis: protestantes apud omnipotentem Deum, si quid

inde incommodi, ac detrimenti Ro. ecclesiæ, et reipu. christianæ accesserit, id non nostra, sed eorum culpa futurum: qui suis affectibus potius quam Christi gloriæ, eiusque populi saluti inseruire maluerint. Quod de uestro erga christianam remp. animo, atque uoluntate nobis minime persuadere uolumus. Si uero reuerendiss. Paternitates uestræ æquissima huiusmodi postulata nostra concedere negauerint, eorumue executionem plusquam decet, ac dignitatis nostræ ratio expostulat, distulerint: nos pro nostra erga Deum gratitudine, proque dignitate nostra Imperiali, qua eius gratuita benignitate fungimur: quibus licebit remediis, ita in his prouidere curabimus: ut nec Christi gloriæ, nec iustitiæ nostræ, nec christianæ reip. saluti, paci, et tranquillitati quouis modo defuisse uideamur. Dat. in Ciuitate nostra Granatæ, die sexta mensis Octob. Anno Domini M.D.XXVI. Regnorum nostrorum Romani octauo, aliorum uero omnium undecimo.—YO EL REY.—*Alphonsus Valdesius.*

Caroli Romanorum Imperatoris huius nominis quinti, Hispaniarum Regis Catholici: ad ea, quæ per Oratores Romani Pontificis Clementis Septimi, ac Francisci regis Francorum, et Venetorum ad generalem pacem componendam nuper proposita fuerunt, responsio.

Sacra Cæsarea Maiestas, quæ semper christianorum pacis et quietis cupida et studiosa extitit, ut communia christianorum arma in perfidos christianæ religionis hostes conuerti possent, hactenus totis uiribus pro uniuersali pace elaborauit, ad eumque effectum pacem fœdus cum Christianissimo Rege percussit: hunc ex captiuo et hoste fratrem et sororem reddens in regnum suum iuxta fidem datam redire permisit: non ambigens illius fidei quicquam detractum iri, sed potius eius ope et ministerio cæteros christianos principes, et potentatus, qui unam, aut alteram partem fouere uidebantur, ad ipsam uniuersalem pacem ineundam, ad hostes publicos repellendos, christianæque religionis saluti consulendum arbitrans induci posse: dum se sua spe omnino frustratum sensit, et loco pacis nouum bellorum incendium inter christianos parari: præsidium in hostes fidei parandum impediri: regnum Hungaricum propterea labi, ac illius rege interempto, in potestatem hostium cum tanta christianorum clade transire, hæreticorumque sectas inualescere, et inde sub colore uniuersalis pacis pernitiosum fœdus contra ipsum Cæsarem percuti, non pacis, sed belli fomentum conspicit, cuius uox Iacob, manus autem Esau: non propterea destitit ipsius uniuersalis pacis media prosequi, ac ad ea totis uiribus anhelare. Misit enim in primis sua Maiestas in urbem mandata amplissima: ut si ibidem de huiusmodi pace tractari contingeret, prout Sanctissimus dominus noster offerre videbatur, non deesset ad id suæ Maiestatis potestas: nec per eum stare uideretur, quo minus pax huiusmodi ea, qua decebat celeritate concludi posset. Deinde cum Serenissimus Anglorum rex defensor fidei, ipsius uniuersalis pacis studiosus, operam suam ad illam componendam et tractandam obtulisset: et propterea mandatum suæ Maiestatis cum amplissimis instructionibus in Angliam transmiti petiisset, asserens cæteros contra Cæsarem fœderatos itidem facturos: annuit sua Maiestas illius uoto, statimque mandatum cum instructionibus ad huiusmodi effectum ample resolutis, æquissimisque conditionibus suffultis transmisit. Nouissime dum uos sanctissimi domini nostri nuncius, ipsiusque Christianissimi regis, ac Venetorum Oratores, asserentes amplissima habere mandata, ad huiusmodi uniuersalem pacem in hac curia componendam, apud suam Maiestatem institissetis, ut sui parte deputarentur personæ, cum quibus de ea re tractari posset, prouidit id sua Maiestas Cæsarea, putans horum effectus uerbis ipsis correspondere, id tamen frustra. Visis enim uestris mandatis, nullum sufficiens inuentum est, super quo firmum transigendi seu paciscendi fundamentum stabiliri posset. Mandatum enim Sanctissimi domini nostri ultra id quod peccaret in narrationis substantia, ascribens culpam præsentium bellorum, et imminentium christianitatis periculorum ipsi Cæsari, qui profecto ab omni culpa immunis existit: et qui uerius, ac rectius culpam ipsam refellere, ac in aliorum caput reflectere posset: peccabat etiam in substantia dispositionis, quandoquidem nulla in eo potestas dabatur de ipsa pace tractandi, nisi accedente consensu suorum confœderatorum, quos tamen in ipso mandato nequaquam nominat, nec declarat: et cum plures possint esse, quos is pro confœderatis habeat, qui suæ Maiestati Cæsareæ sunt incogniti: pluresque etiam pro confœderatis sint publicati, de quorum consensu non apparet: redditur propterea ipsius mandati dispositio inanis, et confusa, ita ut nullum inde ualidum fundamentum sumi possit. Mandatum autem regis Christianissimi non solum aliorum confœderatorum, sed speficice Serenissimum Angliæ regis consensum exigit: de quo tamen non apparet, nec creditur apparere posse. Quandoquidem is tam suis literis, quam nunciis et Oratoribus eidem Cæsari destinatis expresse significauerit, se nequaquam id fœdus acceptasse, nec acceptare uelle, sed potius se pacis auctorem, et tractatorem exhibere: ac in ea omni studio, ac conatu, totisque uiribus elaborare: cuius operam in ea re Cæsar non respuit, sed gratam habuit. Ob quod talis conditio reddit omnino huiusmodi mandatum inefficax, nisi de ipsius conditionis purificatione constaret. Licet etiam aliunde corrueret, et inefficax censeretur mandatum ipsum Gallicum, ob illius generalitatem, sub qua nec prioris fœderis innouatio, nec iuramenti, et fidei transgressio comprehendi possunt, nisi de his nominatim, ac in specie disponatur, ut sic in uim talis mandati non liceret a priori fœdere recedere, nec quicquam illi contrarium stabilire. Mandatum autem Venetorum, quod primo loco exhibitum fuit, exigebat illustris Francisci Sforciæ, ac Florentinorum consensum, de quo non apparet. Quod uero postremo exhibitum extitit, et si in specie cuiuspiam consensum non exigat, in genere tamen omnium fœderatorum consensum expostulat: sicque eodem laborat morbo, quo mandatum sanctissi. D. nostri: de quo supra facta est mentio. Quo fit, ut omnia huius mandata corruant: nec ad ipsam pacem stabiliendam sufficere uideantur: cum etiam unius ex huiusmodi mandatis insufficientia aliorum mandatorum uires eneruaret, ubi unius fœderatorum ualidus consensus non adesset. Esto tamen quod mandatorum adesset sufficientia, quæ non adest, aliena profecto ab omni rationis tramite censentur media, quæ organo uestri reuerendi Baldassaris Castilionei Apostolici nuncii, pro parte fœderatorum omnium proposita fuere, quæ non ad ipsam uniuersalem pacem, pro qua hic conuentus celebratus uidetur, sed ad particulare interesse tendere uidentur: et potius ipsam uniuersalem christianorum pacem differre, et impedire: quo nil perniciosius christianæ reipublicæ contingere posset, hoc potissime tempore, quo perfidus, ac immanissimus hostis Turca christianorum insidet ceruicibus. Quod enim proponitur de quiete Italiæ, armorumque suspensione per aliquod breue tempus, quo de particularibus tractetur, et si Cæsar non solum Italiæ, sed totius christianitatis quietem præ cæteris cupiat, non tamen sibi, nec etiam utilitati publicæ consultum iri putat, ex breui armorum suspensione, ex qua nec arma in hostes fidei conuerti, nec exercitus ipsius Cæsaris tute dissolui posset: toties illi uiolata fide, ruptisque fœderibus: cui etiam dispendiosum foret, exercitum integrum in otio continere: dispendiosius autem ob maximam locorum distantiam censeretur, si huiusmodi exercitibus dissolutis, nouos parare, seu instaurare cogeretur, ipsa armorum suspensione cessante. Verum ut res in tuto, omni ex parte collocetur, et ipsius Italiæ quieti, christianæque reipublicæ consulatur, contentabitur Maiestas Cæsarea: generales inducias saltim triennales, aut longioris sua temporis inter omnes contendentes contrahi, neque concludi: quibus durantibus, horum omnium exercituum uires in communem hostem conuertantur: intereaque de ipsa uniuersali pace, deque particularibus discordiis componendis securius, ac sine cuiuspiam discrimine agatur. Quod autem proponitur de restituendo Illu. duce Francisco Sforcia in statum Mediolani: ad fœderatos pertinere non uidetur, cum is se sacri Imperii uasallum prætendat, arguaturque de læsæ Maiestatis crimine: cuius cognitio ad Cæsarem pertinet: qua pendente feudi dominus sub sua custodia, iure permittente, feudum ipsum retinere potest: et potissime arces pro executionis tutela, ne iudicium redderetur illusorium: contentabitur tamen sua Maiestas ad pacandos fœderatorum animos, si ipse Illustris dux Franciscus sui copiam fecerit, seque paratum exhibeat accusationi respondere, ac suas defensionis iuxta iuris tramites adducere: eidem super his iustitiæ complementum impartiri, ac pro ipsa iustitia breuiter ministranda iudices idoneos, omni suspitionis labe carentes decernere: qui rem ipsam debito fine terminent. Quod uero de restitutione et liberatione filiorum ipsius christianissimi Regis propositum extitit: cum nec id rationi, iuri, nec æquitati congruat, datam fidem, præstitumque iuramentum uiolare, impertinenter profecto propositum censetur. Nam etsi Oratores ipsi haberent ad id mandatum specificum, et sufficiens: alterum ex tribus asserere cogerentur: aut illum non posse fœdus seruare, aut non debere, aut nolle. Si asserant non posse, licet id posse prætendatur, succederet tamen loco impossibilitatis ea possibilitas, quæ a sua mera uoluntate, liberoque illius arbitrio dependet: ut scilicet in pristinam captiuitatem redeat: per quam nouo fœdere ineundo, recte transigi poterit sine cuiuspiam iniuria. Si dicant fœdus non debere seruari: deberent rationes adduci, quibus optime responderetur: cum nec allegatus metus, nec emissa (ut asseritur) protestatio, nec bellici iuris dispositio, nec allia quæuis causa regem ipsum excusare ualeat, quo minus datam fidem, præstitumque iuramentum pro captiuitate redimenda proque libertate obtinenda seruare teneatur. Si autem ipsum nolle seruare asseuerent: iam quæstio esset uoluntatis, non rationis, nec iustitiæ: nec deinceps tute cum eo contrahi posset. Et licet ex his omnibus satis iniusta, irrationabilisque uideatur huiusmodi petitio, tanta tamen est ipsius Cæsaris affectio ad quietem publicam, ad pacemque uniuersalem, ac ad infidelium repulsionem: quod si adsint, aut superueniant mandata ad id sufficientia cum debitis cautelis, quibus res in tuto collocari possit: dilucide patebit, quod sua Maiestas non solum æquas, ac iustas conditiones subire

pro publico christianæ religionis commodo parata erit: sed etiam ad eum effectum de proprio condonare: nec quauis ratione per ipsum Cæsarem stabit, quo minus pax ipsa uniuersalis ad optatum deducatur, ac debitum fortiatur effectum. Quod si tanta esset contendentium pertinacia, ut inuicem de particularibus conuenire non possent, non dedignabitur Cæsar æquum subire iudicium, ab omni labe suspitionis penitus alienum: ea tamen lege, ne interea uniuersalis conventio, communisque in hostes fidei expeditio ullatenus protrahatur. Ad quod postremo per ipsum Apostolicum nuncium propositum extitit, ut Sereniss. Anglorum regi satisfiat pro his, quæ sibi debentur: innuens id uniuersali paci difficultatem afferre, profecto absonum, et omnino mirandum uidetur: cum (ut præfertur) nec ipse Sereniss. rex Angliæ in fœdere interuenerit: nec illud acceptauerit, nec mandatum ad id petendum eius nomine fœderatis concesserit: nec Oratores sui, qui penes Cæsarem existunt, in hoc conuentu interueniant: nullaque sit inter ipsum Cæsarem, et regem Angliæ controuersia: sed tanta sit et amoris, et sanguinis coniunctio, ut nulla res pecuniaria horum amicitiam ualeat perturbare: cum potissime apud ipsum Serenissimum Angliæ regem adsit Orator Cæsaris cum amplo mandato de his, et aliis transigendi, et conueniendi: ita ut hæc petitio in huiusmodi conuentu facta, omnino frustratoria videatur, non quidem ad pacem tendens, sed potius ad coloranda pacis impedimenta. Vnde ne in posterum eidem Cæsareæ maiestati culpa aliqua impingi possit, quod pacis media non amplectatur: quodque imminenti christianæ reipublicæ periculo non occurratur: cupiens se ab omni labe exemptum reddere: et ut omnibus clare innotescat ipsius Cæsaris synceritas, optimæque eius intentionis integritas, ad bonum publicum potius, quam ad priuatum tendens: ita ut omnes sciant, effectualiterque intelligant, quod per se non stetit, nec stabit, quo minus ipsa pax uniuersalis fiat: iussit Maiestas uobis Dominis nuncio et Oratoribus prædictis hic astantibus, in his scriptis ad singula responderi, ipsamque responsionem uobis intimari, et de omnibus in ea contentis protestari, eam esse ipsius Cæsaris mentem: et de his omnibus fieri publicum instrumentum per notarium hic astantem. QUAM quidem responsionis scripturam præfatus Illustris dominus supremus Cancellarius nomine quo supra, per me notarium infrascriptum, alta et intelligibili uoce legi, et recitari fecit. Qua lecta, et per præfatos Dominos Oratores audita et intellecta: prænominatus dominus Comes Baldassar Castilioneus Apostolicus nuncius, et Summi Pontificis Orator: suo et præfatorum omnium dominorum Oratorum nomine respondit: Rem adeo arduam, atque difficilem esse: ut at respondendum ad ea quæ illic exposita, lecta, et intimata fuerant, matura opus esset deliberatione. Et propterea re prius inter eos perpensa: die crastino, uel alio quodam die ad id respondere uelle. Super quibus omnibus et singulis præfatus Illustris dominus supremus Cancellarius nomine quo supra, iussit et requisiuit a me notario publico infrascripto, tanquam publica et auctentica persona, unum, aut plura, publicum, seu publica edi, atque confici instrumentum uel instrumenta. Acta fuerunt hæc in oppido Vallisoletano regni Castellæ, in hospitio præfati Illustris domini supremi Cancellarii, Anno, die, mense, indictione, et Imperio quibus supra: prædictis Illustrib. reuerendo et magnificis dominis Cæsareæ maiestatis supremi senatus Consiliariis, testibus ad præmissa specialiter uocatis et requisitis.—*Basileæ apud Andream Cratandrum.*

PARECER DEL MAESTRO FRAY MELCHOR CANO,

DEL ÓRDEN DE PREDICADORES, DOCTOR TEÓLOGO DE LAS UNIVERSIDADES DE ALCALÁ Y SALAMANCA, OBISPO DE CANARIAS (CUYO OBISPADO RENUNCIÓ), SOBRE LAS DIFERENCIAS QUE HUBO ENTRE PAULO IV, PONTÍFICE MÁXIMO. Y EL EMPERADOR CÁRLOS V, PRIMERO DE LAS ESPAÑAS Y DE LAS INDIAS.

AL ILUSTRÍSIMO SEÑOR DON FRAY GASPAR DE MOLINA Y OVIEDO

OBISPO DE MÁLAGA, COMISARIO GENERAL DE LA SANTA CRUZADA, DEL CONSEJO DEL REY, GOBERNADOR DEL SUPREMO DE CASTILLA, ETC.

ILUSTRÍSIMO SEÑOR:

SEÑOR: Cuando habia de juntarse el concilio general que hubo en Trento, dispuso la divina Providencia que asistiesen en él los hombres más sabios que tenía el mundo. El más docto, más fuerte y más elocuente entre todos los padres, segun la confesion de sus émulos, y áun de sus contrarios, fué el maestro Cano. Este es el autor de este *Parecer*, que con intencion cristiano-católica me atrevo á publicar. Pidióle el mayor emperador y más poderoso rey que ha tenido el orbe. Dióle el mayor teólogo que ha logrado España. Dedícole á usía ilustrísima, porque sé que hará de él todo el aprecio que merece.—DON ANDRÉS FILOCANO.

PARECER DEL MAESTRO FRAY MELCHOR CANO,

DADO AL SEÑOR EMPERADOR CÁRLOS V.

CESÁREA REAL MAJESTAD:

Este negocio, en que vuestra majestad desea ser informado, tiene más dificultad en la prudencia que no en la ciencia, aunque en lo uno y en lo otro es bien dificultoso y peligroso; y así, conviene que atentamente lo advierta cualquiera que hubiere de dar su parecer en él, y mucho más quien lo hubiere de ejecutar, pues es cierto que se hallarán más dificultades y peligros en la ejecucion, que se podrán representar en el consejo.

La primera dificultad consiste en tocar esta cosa en la persona del Papa, el cual es tan superior y más (si más se puede decir) de todos los cristianos, que el Rey lo es de sus vasallos: ya ve vuestra majestad qué sintiera si sus propios súbditos, sin su licencia, se juntasen á proveer, no con ruego, sino con fuerza, en el desórden que hubiese en estos reinos, cuando en ellos hubiese alguno; y por lo que vuestra majestad sentiria en su propio caso, juzgue lo que se ha de sentir en el ajeno; aunque no es ajeno el que es de nuestro padre espiritual, á quien debemos más respeto y reverencia que al propio que nos engendró. Allégase á esto, que quien emprende semejante causa, para justificarla en su persona, ha de descubrir las vergüenzas de sus padres; lo cual ya en la divina Escritura está reprobado y maldito. Allégase tambien que, como no se puede bien apartar el vicario de Cristo nuestro Señor de la persona en quien está la vicaría; si se hace afrenta al Papa, redunda la mengua en deshonor de Dios, cuyo es.

La segunda dificultad nace de la condicion particular de nuestro muy santo padre, que es porfiada y amiga de su parecer; y como á esto se allega la pasion de muchos dias, alimentada tambien con muchas ocasiones dadas y tomadas, es de temer que se haya hecho, no solamente de acero, mas de diamante; y así, es necesario que si el martillo le cae encima, ó quiebre, ó sea quebrado (que éste fué el mal de Roboan, que aunque el pueblo y los viejos tuvieron buena intencion, y razon de pedir al Rey que los desagraviase; mas no considerando que tenía condicion áspera y consejo de mozos, le apretaron de manera, que él y ellos, á tirar, rompieron la ropa, y cada cual se salió con su jiron); y en verdad, que esto que conozco de su Santidad no es lo que ménos me hace dudar en la salida de este negocio; porque si, por nuestros pecados, viendo su Beatitud que le ponen en estrecho y le quieren atar las manos, comenzase á disparar, los disparates serian terribles extremos, como su ingenio lo es.

La tercera dificultad hacen los tiempos, que certísimamente son peligrosos, especialmente en lo que toca á esta tecla del sumo Pontífice y su autoridad, la cual ninguno por maravilla ha tocado, que no desacuerde la armonía y concordia de la Iglesia; como, dejando ejemplos antiguos, lo vemos ahora en los alemanes, que comenzaron la desobediencia con el Papa so color de reformacion y de quitar abusos y remediar agravios, los cuales no pretendian ser ménos que ciento; y aunque no en todos, no se puede dejar de decir y confesar que en muchos de ellos pedian razon, y en algunos justicia; y como los romanos no respondieron bien á una peticion, al parecer suyo, tan justificada; queriendo los alemanes poner el remedio de su mano, y hacerse médicos de Roma, sin sanar á Roma, hicieron enferma á Alemania; y no hay que fiar de nuestra vista más que de la suya, porque los grandes males muchas veces vienen encubiertos con grandes bienes, y el estrago de la religion jamas viene sino en máscara de religion. Ni de nuestra firmeza hay más que fiar que de la suya; porque el año de diez y siete, tan cristianos eran como nosotros, tan hijos de la Iglesia como nosotros, y tan obedientes al Papa; tan descuidados y seguros del mal que les ha sucedido, como nosotros del que nos puede suceder. Su perdicion comenzó á desacatarse contra el Papa; aunque ellos no pensaban que era desacato, sino remedio de desafueros, tales y tan notorios, que tenian por simples á los que contradecian el remedio; en el cual ejemplo, si somos tan temerosos de Dios, y áun humanamente prudentes, deberiamos escarmentar, y temer que Dios no nos desampare, como desamparó á aquellos, que por ventura no eran más pecadores que nosotros; tanto más, que el demonio no trata una por una, sino que se atreve y revuelve la escaramuza, porque bien sabe el ingenio de los hombres, que despues que una vez vienen á las manos, á la pasion se sigue la porfía, y á la porfía la ceguedad, hasta no echar de ver inconveniente ninguno, con tal que salgan con la suya.

La cuarta dificultad es ésta. Mucho se debe mirar en las comunidades, que, por sosegadas que entren y justificadas que se representen, ordinariamente suelen dar en alborotos y desórdenes, ó por mal consejo, ó por mala ejecucion; y de buena causa hacen mala; por lo cual el hombre sabio, aunque los inferiores pretendan justicia contra sus superiores, no debe favorecer las tales pretensiones, mayormente cuando la justicia no se ha de librar por leyes, sino por armas. Y pues en nuestros tiempos muchas naciones se han levantado contra el Papa, haciendo en la Iglesia un cierto linaje de comunidades, no parece consejo de prudentes comenzar en nuestra nacion alborotos contra nuestro superior, por más compuestos y ordenados que los comencemos. Ni tampoco es bien que los que han hecho mociones, y hoy dia las hacen, en la Iglesia, se favorezcan con nuestro ejemplo y digan que nos concertamos con ellos, y que nuestra causa y la suya es la misma, por ser ambas contra el Papa. Ellos dicen mal del Papa por colorar su herejía, y nosotros lo dirémos por justificar nuestra guerra; y aunque la causa es diferente, la grita parece una al que la mira. Los herejes hacen division; la nuestra no lo es, pero dirán que á ella se va y que la semeja mucho. Y con los herejes no hemos de convenir ni en hechos ni en dichos ni en aparencias; y como entre los cristianos hay tanta gente simple y flaca, sólo esta sombra de religion les dará escándalo, á que ningun cristiano debe dar causa, por ser daño de almas, que con ningun bien de la tierra se recompensa.

La quinta dificultad procede de que la dolencia que se pretende curar es, á lo que se puede entender, incurable, y es gran yerro intentar cura de enfermos que con las medicinas enferman más. *Plus habet aliquando discriminis tentata curatio, quam habet ipse morbus.* Enfermedades hay, que es mejor dejarlas, y que el mal acabe al doliente, y no le dé priesa el médico. Mal conoce á Roma el que pretende sanarla. *Curavimus Babylonem, et non est sanata.* Enferma de muchos años, entrada más que en tercera, ética; la calentura metida en los huesos, y al fin llegada á tales términos, que no puede sufrir su mal ningun remedio.

La postrera es estar vuestra majestad necesitado de la cuarta y bulas de Roma, que entre tanto que esta necesidad hubiere, no sé si será posible remediarse los males. Y bien han entendido en la córte del Papa la guerra que nos pueden hacer en este caso, pues cuando más nos quieren desacomodar, nos destuercen estas dos clavijas, y con estos dos torcedores cualquier partido hacen á su salvo; y aunque estemos agraviados y damnificados, con nuestros proprios dineros nos pagan, sin que nada les cueste; y sin duda, si en esto se diese algun buen córte, el Rey de España tendria á Italia en las manos, sin que ningun papa, por adverso que saliese, le pudiese hacer desabrimiento; porque no dependiendo en lo temporal de la providencia de Roma, dependiera de la nuestra, y les podriamos dar el pan y el agua por peso y medida, sin gastar hacienda, sin peligrar conciencia, ganando mucho crédito, y con hacer de los más enemigos que allá tenemos, los mejores y más ciertos ministros de nuestra voluntad y pretensiones. Pero, como ya dije, poner remedio en esta necesidad que vuestra majestad tiene de Roma es tan difícil, que hace casi imposible el remedio de los males que de Roma nos vienen.

Estas son las razones principales, cesárea real majestad, con que se suelen atemorizar los hombres cristianos para no dar principio á un negocio que, á lo que parece, no tiene principio ni cabo, sino es en peligro manifiesto de menosprecio y debilitamiento del Papa, de poco respeto y desobediencia á la Sede Apostólica, de division y cisma de la Iglesia, de escándalo y perturbacion de la gente flaca, de menoscabo y pérdida de la fe y religion cristiana; que todas estas cosas peligran si se intenta guerra y no se sale con ella.

Pero hay otras razones, por el contrario, tan importantes y graves, que parece obligan á vuestra majestad á que ponga remedio en algunos males, que no siendo remediados, no solamente se hace ofensa y daño á estos reinos en lo temporal, mas tambien se destruyen las costumbres, se perturba la paz de la Iglesia, se quebrantan las leyes de Dios, y peligra muy á la clara la obediencia que se debe á la misma Sede Apostólica, y por consiguiente, la fe de Cristo nuestro Señor.

La primera razon es, por la fidelidad que los reyes deben á sus reinos, y reverencia al nombre de Dios, al cual juraron de amparar y defender las tierras que están debajo de su mando y gobierno, de cualquier persona que pretendiere hacerles fuerza y agravio; que si á un hombre le hiciesen tutor de pupilos, por leyes y fidelidad de tutoría era obligado á volver por ellos, y no permitir que fuese su padre natural el que quisiese hacer este despojo y sinrazon; y pues que vuestra majestad es más que padre de sus reinos, imprudente y loca teología sería la que pusiese escrúpulo en esta defensa por temor de los escándalos é inconvenientes que de la defensa se siguen, porque no se siguen de la defensa, si bien se mira, sino de la ofensa que se le hace á sí, á todos los reinos, y asimismo á la autoridad de la Sede Apostólica; y quien quisiere atribuir á la defensa justa los males que nacen de la guerra injustamente movida, no tiene teología, ni en buena razon de hombre sería admitido; pues es cosa evidente que no sería escándalo de pequeños, sino de fariseos; no sería